

Pius II. an Bartholomäus von Liechtenstein, Hauptmann zu Bruneck. Er absolviert ihn von seinem Treueversprechen gegenüber dem Brixner Domkapitel und befiehlt ihm, künftig allein dem apostolischen Kommissar zu gehorchen.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StiB*, Cod. Cus. 221 p. 88 (in humanistischer Kursive von der Hand des Giovanni Andrea Bussi; über dem Text: Copia ad capitaneum de Bruneck).

Erm.: Jäger, *Streit II* 110.

Dilecte fili. Salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ad tuam quoque notitiam potuit iam pridem pervenisse, omnia, que nonnulli, qui se capitulum nominant Brixinensis ecclesie, contra divini et humani iuris sanctiones ausu temerario et prophano presumpserunt tecum et cum ceteris castellanis et subditis dilecti filii Nicolai tituli sancti Petri ad vincula presbiteri cardinalis, episcopi Brixinensis, attemptare in extorsione videlicet turpissima litterarum vel manualium cedularum ac promissionum, 5 iuramento etiam firmatarum²⁾, de iure invalida sunt ac per nos ipsos insuper in publico consistorio de venerabilium fratrum nostrorum consilio nostra sententia declaratoria irrita et nullitatis momenti aut roboris declarata³⁾ et ex superhabundanti apostolica auctoritate annullata et pro infectis prorsus esse censenda, ita quod nec tu ut capitaneus Brunecke nec alius quisquam ad talia promissa ulla in re obli- 10 gaverunt. Pro maiori tamen conscientie tue claritatis et immaculata honoris tui conservatione per presentes ab huiusmodi omnibus promissis, quocumque et quandocumque talibus factis quamvis iuramento vallatis apostolica auctoritate, que in se illius et omnium capitulorum auctoritate includit, harum serie absolvimus et absolutum pure ac sancte esse decernimus, mandantes devotioni tue sub excommuni- cationis et perditionis honoris tui penis ipso facto, nisi parueris, incurrendis, ne de cetero ipsi asserto 15 capitulo antedicta observes promissa aut ulla alia de novo facias, sed solum nobis et nostro commissario iuxta mandatum nostrum in apostolicis litteris contentum⁴⁾ effectualiter obedias. Certificamus enim te, quod hic etiam de tui episcopi procedit assensu, quo circa volumus et tibi stricte mandamus, ut nos statum de tua intentione per presentium latorem litteris tuis almanica lingua, si latinam ignoras, facias certiores. Datum Senis (!), die xviii septembris pontificatus anno iii.

¹⁾ Die Ortsangabe Siena ist zu emendieren, da der Papst bereits am 10. September 1460 in Richtung Corsignano, seines Geburtsorts, aufgebrochen war, wo er bis zum 22. September blieb; s. Brosius, *Itinerar* 428. Der Ausbau Corsignanos zu einer Renaissance-Residenz war da bereits im Gange.

²⁾ Anfang September 1460 hatte Bartholomäus von Liechtenstein dem Kapitel einen Treueid geleistet; s.o. Nr. 6328.

³⁾ Die Ungültigkeit des Treueids gegenüber dem Kapitel ergab sich bereits aus dem päpstlichen Urteil; s.o. Nr. 6281 Z. 172-190.

⁴⁾ S.o. Nr. 6293 (1460 August 15). Als Kommissar war der Salzburger Kanzler Bernhard von Kraiburg vorgesehen.